Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Domine Jhesu Christe, ne respicias peccata huius famulæ
.N. nec parentum eius, neq; peccata nostra, quibus in per-
sona discipulorum tuorum dixisti, Ite infirmos curate,
mortuos suscitate, læprosos mundate, doemones eijcite, sed
per intercessionem beatæ Mariæ uirginis, et omnium san-
ctorum tuorum: Jube hos doemones recedere à famula
tua .N. ut reddita ei sanitate libera tibi deseruiat, et
amplius ab omnibus infestationibus doemonum secura con-
sistat, qui uenturus .etcs.

Coniuro uos demones per Deum uiuum, per Deum sanctum,
per Deum uerum, et per ipsum, qui aquas separauit ab ari-
da, Coelum et terram creauit: per ipsum, qui uos per sanctũ
Michaelem deiecit de regno coelorum, et qui uenturus est
iudicare uiuos et mortuos, et seculum per ignem: ut omne
impedimentum uestrum postponatis, nec nos aliquo modo
impedire præsumatis: per eum qui uos tenebras separauit
ab angelis lucis, et uos æternaliter condemnauit, et ipse
Jhesus Christus sua sancta passione priuauit uestra potentia,
et per ipsam nos à uestra potestate liberauit, per ipsam
eandem ueritatem uos coniuro nequam spiritus quicunq;
estis, unus aut plures, ut si permissum est uobis à Deo: etsi
pro nostra foret salute et utilitate secundum quòd Deus
omnia disponit, mihi respondere non tardetis per uirtutẽ
et potestatem sancti Michaelis archangeli, qui diuina præ-